

## **Dispvtationes Theologicae**

Quatuor Tomis distinctæ: Qvibus Vniversa Theologia Scholastica Clare,  
Breviter & accuratè explicatur

De Deo, Et De Angelis

**Martinon, Jean**

**Burdegalae, 1644**

Sect. 10. An attributa diuina, vt distincta per rationem, sint omnia æqualis  
perfectionis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73898](#)

num, & vt Deus adæquate, vel inadæquate, id est, aliquid Dei. Sed non est necesse ut quotiescunq[ue] cogitatur de uno Dei attributo in-  
creato, cogitur quidquid Deus est.

Ad secundam instantiam, n[on]go totam es-  
tentiam diuinam, vel omnes alias perfectio-  
nes attributales, esse de essentia sapientia  
diuina, ut præcisè concepta. Nam iuxta re-  
gulam suprà dictam ex D. Thoma quæst.  
13. art. 1. in corp. non plus essentia diuinæ  
conciplendum est, quām sit necesse ut Deus  
concipiatur respondere sapientia creatæ, il-  
lique supereminere in genere sapientia. Ad  
hoc autem impertinenter se habent aliæ per-  
fectiones disparate: & si per impossibile  
Deus careret illis, retentæ scientiæ suæ infinité  
non minus per illam responderet sapien-  
tia creatæ, illique supereminaret infinité in  
genere sapientia.

Ex hoc paret responsio ad tertiam Suaris  
quæstionem. Liquet enim dum præcisè conci-  
piatur sapientia diuina, non solum non expre-  
sse cogitari de aliis Dei perfectionibus dispa-  
ratis sed omnino de illis ut talibus non cogi-  
tari: quia non magis de illis cogitamus, ac si  
non essent. Tantum enim de eo cogitamus  
quod necessarium est secundum conceptum,  
ut Dei perfectio concipiatur respondere sa-  
piencia creatæ, illique supereminere infinité  
in genere sapientia. Quare aliæ perfectiones,  
ad hunc conceptum impertinentes, non in-  
cluduntur in ipso: neque de illis cogitatur  
ut sic id est, secundum proprias rationes for-  
males, ne confuse quidem, seu minus ex-  
presse (quaes differentia est inter conceptum  
hominis, & conceptum animalis rationalis)  
sed solum identice, quatenus cogitatur de  
perfectione illa diuina, que realiter est idem  
cum omnibus aliis Dei perfectionibus, &  
cum tota essentia diuina.

Superefat tertium argumentum suprà pro-  
positum, sumptum ex comparatione attributorum  
cum essentia diuina, quæ ut bene con-  
cipiantur, debet concipi quam perfectissime  
fieri potest, adeoque ut includens essentias  
aliæ omnes perfectiones, optimo modo quo  
includi possunt; simplices formaliter; alias  
eminerent. Ergo attributa simili modo con-  
cipienda sunt ut perfectissime concipiatur;  
debent autem concipi quæ perfectissime  
fieri potest.

Respondeo negando paritatem. Nam con-  
ceptiones variorum Dei attributum se-  
mantur ad illa distinguenda ab infinitem: vide  
quò melius distinguuntur, èd perfectius con-  
cipiuntur ut attributa, secundum propriam  
cuiusque rationem. Et ut iam sapientius diximus  
ex doctrina D. Thoma quæst. 13. art. 4. in corp.  
& ad 3. in distinguendis attributis diuinis  
non attenditur tota perfectio diuina: Sed in-  
tellectus noster, cum cognoscat Deum ex creaturis,  
format ad intelligendum Deum, conceptiones pro-  
portionatae perfectionib[us] procedentibus à Deo in  
creatüras: que quidem perfectiones in Deo præci-  
se, & veritas, & simplicitas: in creaturis vero reci-  
piuntur diuisive & multipliciter. Sicut igitur di-  
uersis perfectionibus creaturarum respondet unum

simplex, à parte rei, principium representatum per  
diversas perfectiones creaturarum variè & multi-  
pliciter: ita variis & multiplicibus conceptibus in-  
tellectus noster respondet unum omnino simplex à  
parte rei, secundum huiusmodi conceptiones imper-  
fetta, id est inadæquate, intellectum, sicut Dei  
perfectio simplex, inadæquate participatur,  
& representatur à creaturis. Vnde concludit  
D. Thomas opinio Deo attributa significare  
quidem unam rem, in se scilicet, & prout est  
à parte rei simplicissimam: sed tamen significa-  
re rationibus multis & diversis. Et ad tertium  
ait Deum esse plura secundum rationem: quia  
intellectus noster ita multipliciter apprehendit Deum, sicut res multipliciter ipsum  
representant.

Ex dictis colligi potest solutio alterius quæ-  
stionis: vtrum hæc attributa diuina, ut distin-  
cta & præcisa mutuò per conceptum, possint  
de se inuicem prædicari? Dicendum enim est  
posse quidem de se inuicem prædicari in sensu  
identico: propterea quod sunt unum & idem  
à parte rei. Quo sensu loquitur S. Anselmus  
verbis relatis initio sectionis: & D. August.  
lib. 6. de Trinit. cap. 6. cùm sic ait: Eadem ma-  
gnitudo eius est, que & sapientia: & eadem bonitas,  
que & sapientia & magnitudo: & eadem veritas,  
que illa omnia. Non posse tamen de se inuicem  
affirmari in sensu formalis: quia unum non est  
formaliter aliud: id est, unum ut præcisè con-  
ceptum differt ratione ab alio similiter præ-  
cisè cōcepto; vnde non potest verè dici quod  
sunt unum & idem, non modò secundum rem,  
verū etiam secundum rationem & concep-  
tum. Atque ita non potest verè hoc sensu di-  
ci, intellectus est voluntas, iustitia est mis-  
ericordia: Intellectus vult, voluntas intelli-  
git: iustitia parcit, misericordia vltiscitur.  
Qua etiam de causa D. Tho. q. 32. art. 3. ad 3.  
affirmat, quod licet sola oppositio scilicet fa-  
ciat pluralitatem rem in diuinis, adeoque  
plures proprietates unius personæ, cùm non  
opponantur adiuicem relatiæ, nō differant  
realiter: Non tamen de se inuicem prædicantur,  
quia significantur ut diversæ rationes  
personarum. Sicut etiam, inquit, non dicimus  
quod attributum potentia sit attributum sa-  
piencia: licet dicamus quod scientia sit po-  
tentia: realiter scilicet & identice.

70

Possuntne  
attributa  
de se inu-  
icem præ-  
dicari?

## S E C T I O X.

An attributa diuina, ut distincta per ratio-  
nem, sint omnia aequalis perfectionis?

Hæc difficultas non siabit locuni nisi a-  
pud eos, qui nobiscum sentiunt attribu-  
ta diuina ut distincta per rationem, & dispa-  
rata, nō se mutuò includere. Ceteri enim qui  
consent quodlibet attributum includere alia,  
acque ipsam, nam essentiæ diuinam; debent  
consequenter alia recte aequaliter perfe-  
ctionis inter huiusmodi omnia attributa.

Non desunt aliqui recentiores subtiles  
& eruditæ Theologi, qui non obstat, te mu-  
tuā præcisione attributorum Dei, di- partio-  
rum, quam admittunt, sensu reali-

omnia esse æqualis perfectionis, tum singula cum singulis comparata, tum etiam singula comparata cum omnibus simul, & cum tota essentia: sunt enim, inquit, æqualis perfectionis cum omnibus simul, & cum tota essentia, intensius, licet non extensius: sicut essentia diuina sola, est tam perfecta intensius, quam essentia & tres personæ: vel Deus solus quam Deus & mundus simul. Et hoc dicunt esse verum, etiam de attributis Dei contingentibus, seu necessariis, cuiusmodi est cognitione contingentium, & amor liberæ creaturarum.

Ad quod probandum adducunt tres præcipuationes. Prima est, quamlibet perfectionem diuinam esse diuinam intrinsecè, & postulare identificari alteri, ac toti essentiæ: ideoque illi æquivalere in intensius, & infinitam esse, & vnam in alia contineri virtualiter & æquivalenter, propter illam identificationem. Secunda, vnum meritum Christi non est maioris valoris quam aliud ob maiorem honestatem obiecti: sed omnia sunt vaoris infiniti. Ergo similes omnes Dei perfectiores sunt æquales, quia infinitæ. Tertia, sequeretur personalitates diuinæ esse inæquales: quippe qua proportionantur actibus inæqualibus intellectus & voluntatis, in quibus fundantur. Vnde etiam sequeretur Spiritum sanctum ex vi sua processio non esse æquè perfectum, ac Filium: quia acciperet primo naturam secundum attributum voluntatis, minus perfectum quam attributum intellectus. Similiterque ipse processiones essent inæquales: quippe proportionata suis principiis & terminis. Quarta, sequeretur singulas personalitates, aut singula attributa diuina, non esse adoranda summo cultu, quia non essent summae perfectiones, summo honore dignæ: adeoque non debere adorari latrâ, sed cultu inferiori: quod est absurdum & inauditum. Quinta, nisi omnes perfectiones diuinæ, etiam contingentes & liberae, essent æquales & infinitæ, Deus non esset infinite laudabilis propter singulas allarum, & aliqua posset supra condignum laudari: quod est contra Scripturam, Danielis 3. versu 88. & dari possit ab eo creaturæ magis laudabilis, quam adiutoriæ Dei, quod est absurdissimum.

Sed contra: quia si loquuntur hi Doctores de perfectione solum physicæ & entitatiæ, verum est quod afferunt. Quælibet enim Dei perfeccio est physicæ & entitatiæ Deus: ne plus evincunt argumenta ab ipsis proposita. Sed hoc non facit ad orum intentum. Si autem loquuntur, ut Leibniz, de perfectione metaphysicæ sumpta, & prout ratione distincta ab aliis: falsum est omnes esse æquales. Nam distinctio harum perfectiorum, ex D. Thoma 1. part. quest. 13. articulo 4. sit per comparisonem diuinitatis ad perfectiores creaturas, tantum de illa sumendo per-

intellectum, quantum est opus ut attributis creaturarum respondeat. Vnde fit ut vna istarum perfectionum disparatarum non includatur in conceptu alterius, ut fatentur illi ipsi quos impugnamus: quia hoc non est necesse ut respondeat simili perfectioni creaturarum. Atque similiter ut respondeat vni perfectioni inferiori creaturarum, non est opus concipere tam perfectè essentiam diuinam, neque re ipsa tam perfectè concipitur formaliter & expressè, ut concedum ijdem authores, sed tantum identice. Verbi gratiæ, ut respondeat perfectioni voluntatis creaturae, non est opus concipere perfectionem intellectus, quæ in creaturis nobilior censeretur. & Deus, quæ intelligens, concipitur sub nobiliore ratione formaliter, quam ut volens tantum. Dande perfeccio moralis & specialiter laudabilis (scilicet laudantur actus liberi boni, & è contrario vituperantur mali imputanturque specialiter utriusque suo principio) illa, quam, perfectio non ex eo spectatur, quod actus illi identificantur naturæ diuinæ, quippe quod illis necessariò conuenit, posito quod sint: sed ex eo quod in actu liberum est, id est, quod quodammodo superaddidit liberè essentia diuinæ, & actus Deo essentiali, cum libere extenditur ad obiectum non necessarium, honesto & laudabili modo. Atqui secundum hoc, sicut ceteris paribus perfectior est in creaturis tendentia libera ad obiectum nobilissimæ, aut nobiliore modo; puta tendentia charitatis, quam tendentia spei vel iustitiae: sic & in Deo, cuius perfectiones similes debent, ex D. Thoma supra, concipi & distingui, ut respondentes huiusmodi perfectionibus creaturarum. Confirmatur, quia Scriptura passim Deo tribuit actus virtutum diversarum, iustitiae, misericordie, charitatis, liberalitatis, & similes, nullam imperfectiō nem in suo conceptu formaliter involueret, adeoque formaliter Deo convenientes. Atqui in creaturis, actus virtutum diversarum, sunt inæquales in perfectione, & alii aliis nobiliores, propter nobilius obiectum & motuum, aut nobiliorem modum in illo tendendi. Ergo actus quoque diuinæ, illis respondentes, sunt inæquales in perfectione, ut præcisè & formaliter sumptu. Squidem propter illos non plus de perfectione diuinæ concipendum est, quam id quod ex præcise necessarium ut actibus illis creaturarum respondeat. Tertiò, euidens est tendentiam liberam formaliter sumptu, quæ potius non esse, & consequenter non identificari realiter essentia diuinæ; non esse tam perfectam, atque est tendentia necessaria & essentialis amoris Dei circa seipsum; quæ absolute non potest non esse, & non identificari toti essentiæ; quamq; Deus necessariò amat, altera tantum libere. Quodq; de actibus voluntatis, dicendum est cum proportiona-

de cognitionibus necessariis, & de contingentibus. Nec obest quod attributa qualibet, sive necessaria, sive contingens, identificantur realiter cum essentia diuina. Hoc enim non facit, ut propterea debeat necessariis esse equalis inter se perfectiois, formaliter & praecise sumpta. Nam in creatis intellectus & voluntas, iuxta probabiliorem sententiam, id significant animae rationali, vel substantiae Angelicæ: & vis apprehendendi, iudicandi, & discurrendi, identificantur eidem intellectui: itemque virtus sentiendi ac vegetandi, prout se tenet ex parte animæ, identificantur realiter eidem animæ, & tamen haec omnia non sunt equalis perfectionis inter se. Concludo itaque attributa de quibus loquimur, ut praecise concepta, & mutuo distincta per rationem, non esse equalis perfectionis inter se, ne quidem significant, etiam intensius. Ad quam sententiam accedit Valentin. Heretice disput. 15. p. 2. num. 11. & 12. ubi affirmat communem esse Theologorum, nullo autore, quem nouerit, excepto: & disput. 18. cap. 5. num. 33.

**73**  
Satis sic  
argumentum  
contraria  
sententia.  
  
In infinitum  
in uno ge-  
nere potest  
esse perfe-  
ctus alter-  
to:  
  
Ad secundum Respondeo negando a-

Ad primum autem argumentum contrariae opinionis Respondeo, quamlibet perfectionem diuinam, etiam praecise sumptam, esse qualcum diuinam intrinsecum & ingreatat, ac conceperit alem; ut non esse totam dignitatem ad aquatè & perfectè conceptam, sed praecisius & imperfectè. Tatoe quoque talis esse, ut postulet identificari cuivis alteri perfectioni diuinæ, ac toti essentiae: Sed nego propterea illi aequivalere intensius. Non enim quidem postulat identificari alteri, properterea illi aequivalere. Secundum conceptum praecisum. Etenim, V.g. motus localis Angelus postulat illi identificari: & tamen non aequivalere Angelo, sumptus quod id quod Angelo quodammodo superaddit intrinsecè: secundum quod tamen postulat illi identificari: Idemque dico de aliis rerum modis intrinsecis. Nego similiter quamlibet perfectionem diuinam, praecisam atque, esse infinitum in omni genere, ut tales: sed ad summum in suo genere. Infinitum autem in uno genere potest esse imperfectius altero, & non illi aequivalere; ut infinitum lapidum, infinito hominum: aut calor infinitè intensus, lumine infinitè intenso.

cedens: Quamvis enim omnia Christi merita fuerint infiniti valoris, propter hypostaticum Verbi infinitè ea nobilitantis: non tuerunt tamen omnino equalis valoris, ut ostendimus disput. 2. de Incarnatione sect. 8.

Ad tertium Respondeo, si diuinæ personalitates includunt totam essentiam in suo conceptu intrinseco, ut fert sententia communior & probabilior; non sunt alia alii mobiliores, sed qualibet est intensius nobilissima: neque proportionantur solis actibus intellectus & voluntatis. Sin autem, iuxta minus probabilem sententiam, praescindunt ab esse: non est absurdum dicere, personalitates Patris & Filii, fundatas in attributo intelligentia, esse iuxta præcimum suum conceptum nobiliores personalitate Spiritus sancti, fundata in attributo voluntatis. Neque propterea videtur earum est perfectio simplex: quia non est melior, quam qualibet opposita & incompatibilis. Pateritas enim non est melior filiatione: nec filiatio paternitate: sed ambæ fundata in intelligentia, sunt inter se aequalis, etiam sub præciso conceptu, seu metaphysicè sumpta. Idemque dico de spiratione activa comparata cum spiratione passiva. Similiter non est absurdum dicere, quod processio Filius sit metaphysicè nobilior, quoad terminum formalem productionis præcise sumptum: quamvis simpliciter sit aequaliter nobilis Spiritus sanctus, atque Filius, vi sue processiones ad aquatè sumpta: quia totam essentiam diuinam accepit, a qua ac Filius.

Ad quartum, & quintum: Nego sequelam. Sufficit enim quod singula personalitates, & singula attributa diuina, omnesque Dei perfections, & operationes internæ, sint identice Deus, ut possimac debeat cultu latraria adorari. Qualibet personalitas, & qualibet attributum, eo ipso quod est Deus identice, est dignum cultu latraria. Et qualibet actio vestitus Dei, hoc ipso quod est Deus, est infinitè estimabilis & laudabilis. Sicut qualibet actio meritoria Christi, erat infinitè estimabilis, eo ipso quod esset actio suppositi diuini, a quo trahebat infinitam dignitatem moralis. Vide Suarem como primæ in tertiam partem, postremque auctioris editionis, disput. 4. sect. 4. s. *Dicendum ergo*, in fine, ubi hanc nobis consentit.

Sintue di-  
vine per-  
sonalitates  
metaphysicæ  
in aqua-  
les